

<p>[25r] Hic inferius sunt scripta amplius quam septuaginta miracula que Deus operatus est per beatum Odoricum fratrem Minorem, hic in Utino sepultum apud fratres Minores</p>	<p>Qui di seguito sono scritti più di settanta miracoli che Dio ha compiuto per tramite del beato Odorico frate Minore, sepolto qui a Udine presso i frati Minori.</p>
<p>ed. A. Tilatti, <i>Odorico da Pordenone. Vita e Miracula</i>, Padova 2004</p>	
<p>[Primo viaggio]</p>	
<p>(1) Miraculum Fantusii de Muruciis apud Tercium</p> <p>In Christi nomine amen. Anno eiusdem Domini millesimo tricentesimo tricesimo primo, inditione quartadecima, die ultimo mensis madii, in cimiterio Sancti Andree de Cirvignano, presentibus presbitero Iohanne de dicta villa, Thoma condam Iohannis decano dicte ville, Iohanne condam Mathey de dicta villa, Martino condam Coradini de dicta villa iurato, testibus, et aliis pluribus.</p> <p>Silvester dictus Fantussius filius Nicolai de Tercio iuxta Aquilegiam, qui moratur in Muruciis apud dictam villam Tercii, dilligenter examinatus per venerabillem virum dominum presbiterum Melliorançam canonicum Utinensem et discretum virum Manfeum condam domini Ambrosii Casine de Utino et per me dominum Guccelum notarium subscriptum, ex comissione eis et mihi facta per reverendum in Christo patrem et dominum dominum Paganum Dei et apostolice sedis gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcham, prout de huiusmodi comissione constat per patentes ipsius domini patriarche litteras eius sigillo impresso munitas et a me notario subscripto visas et lectas, quarum litterarum tenor talis est:</p>	<p>(1) Miracolo di Fantuccio da Muruzzis presso Terzo</p> <p>Nel nome di Cristo, amen. Anno del Signore 1331, indizione XIV^a, ultimo giorno del mese di maggio, nel cimintero di Sant'Andrea di Cervignano, alla presenza di prete Giovanni di detto paese, Tommaso fu Giovanni decano di detto paese, Giovanni fu Matteo di detto paese, Martino fu Corradino giurato di detto paese, testimoni, e molti altri.</p> <p>Silvestro detto Fantuccio figlio di Nicolò da Terzo vicino ad Aquileia, che a Muruzzis presso la detta villa di Terzo, esaminato con diligenza dal venerabile uomo signor prete Meglioranza canonico di Udine e dal discreto uomo Maffeo fu signor Ambrogio Cassina da Udine e da me signor Guecello notaio sottoscritto, per incarico fatto a loro e a me dal reverendo in Cristo padre e signore signor Pagando, per grazia di Dio e della sede apostolica patriarcha d'Aquileia, come di detto incarico consta dalle lettere patenti del medesimo signor patriarcha, munite del suo sigillo impresso e viste e lette da me notaio sottoscritto, il cui tenore è il seguente:</p>

Incipit approbatio septuaginta duorum miraculorum beati Hodorici ordinis Minorum de Portu Navone de Foroiulii edita per dominum patriarcham Paganum

«Paganus Dei et apostolice sedis gratia sancte sedis Aquilegensis patriarcha, dilectis nobis discretis viris presbitero Melliorancie canonico Utinensi, Manfeo Casine et Guccello notario de Utino salutem et sinceram dilectionem. De fidelitate et providentia vestra plenarie confidentes, vobis tenore presentium comittimus et mandamus quatenus euntes per terras et loca nobis subiectas miracula, que Altissimus pro beato fratre Odorico nuper ostendere fuit dignatus, a quibuscumque diligenter [25v] et sagaciter inquiratis illaque fideliter reddatis in scriptis. Data Utini, anno dominice nativitatis millesimo tricentesimo trigesimo primo, inditione quartadecima, die vigesimo nono maii».

Iuravit idem Silvester coram supradictis Melliorancia et Manfeo et me notario et testibus supradictis et aliis quampluribus fide dignis ad sancta Dei evangelia, tactis sacrosanctis scripturis, puram et meram dicere veritatem de infirmitate quam dicit se fore passum et asserit esse se miraculose sanatum meritis beati fratris Odorici de ordine fratrum Minorum et, super hiis diligenter examinatus, dixit quod in hac quadregessima nuper proxima preterita habuit gravem infirmitatem, de qua iam convaluerat, et in die iovis sancti dicte quadragesime supervenit super gravis infirmitas gutte in crure sinistro, que in tantum ipsum gravabat quod non poterat habere quietem nec exiit de lecto pro aliqua necessitate, nisi cum auxilio aliorum, et cum erat extra lectum non

Inizia l'approvazione di settantadue miracoli del beato Odorico da Pordenone dell'ordine dei Minori, edita dal signor patriarca Pagano

«Pagano per grazia di Dio e della sede apostolica patriarca della santa sede di Aquileia ai nostri diletti discreti uomini prete Meglioranza canonico di Udine, Maffeo Cassina e Guecello notaio di Udine salute e sincero affetto. Pienamente confidente della vostra fedeltà e capacità, a tenore delle presenti lettere vi conferiamo e vi ordiniamo di viaggiare per le terre a noi soggette e di indagare con sagacia e diligenza presso chiunque sui miracoli, che l'Altissimo si è da poco degnato di mostrare a favore del beato frate Odorico, e di redigerli fedelmente per iscritto. Dato a Udine, anno della natività del Signore 1331, indizione XIV^a, giorno 29 maggio».

Il detto Silvestrò giurò davanti ai sopradetti Meglioranza, Maffeo e a me notaio e davanti ai testimoni sopraddetti e altri molti degni di fede, sui santi Vangeli di Dio, toccate le sacre scritture, di dire la pura e mera verità della malattia che dice di aver passato e dalla quale asserisce di essere stato miracolosamente guarito per i meriti del beato frate Odorico dell'ordine dei frati Minori e, esaminato con diligenza su queste cose, disse che durante questa quaresima da poco trascorsa ebbe una grave infermità, dalla quale era già in convalescenza, e nel giorno di giovedì santo di detta quaresima gli sopravvenne una grave infermità della gotta nella gamba sinistra, ed era talmente tormentato da questa che non poteva avere requie né uscire dal letto per

poterat ponere pedem in terra nec per se stare, nisi subtentatus per personas alias vel cum duabus croçulis, et hanc passionem continue habuit quousque inductus per amicos eius ut votum faceret beato fratri Odorico de ordine fratrum Minorum quiescenti in ecclesia Sancti Francisci de Utino, qui multos sanavit. Et sic vovit, cum devotione et spe recuperande sanitatis, visitandi personaliter sepulcrum ipsius beati fratris Odorici et ibidem offerre unum cereum duarum librarum cere cum duodecim denariis aquilegensis monete, et illuc equitavit cum una equa, portando secum croçulas suas cum quibus posset sustentari, et pervenit ad dictum sepulcrum ad horam meriediei [26r] die vigesimo primo madii huius mensis presentis, et facta oblatione sua predicta posuit se iuxta sepulcrum cum devotione, et posuit pedem et crux infirmum super sepulcrum et sic stetit usque ad noctem illam, et volens ex necessitate recedere dixit uxori sue, que secum erat: «Porta mihi croçulas meas, quia volo exire extra ecclesiam», et ipsa sua uxore volente sibi dare croçulas, incepit idem Silvester surgere per se ipsum et surexit absque auxilio alicuius persone viventis et stare iam erectus et ponere pedem in terram, et dum dicta uxor sua vellet sibi dare croçulas ipse dixit: «Exspecta, quia iam videtur mihi quod mellius possum stare», et alliquantulum per se ipsum sine sustentamine ambulavit et post pusillum, relictis croçulis, ivit extra ecclesiam ad necessitatem suam et reddiit sine sustentamine alicuius, et ibidem pernoctans in crastinum recessit et reddiit domum suam super equa sua, et deinceps ambulavit sine aliquo aminiculo, et dolores gutte quos prius paciebatur non sensit, sicut dicti

qualche sua necessità, se non con l'ausilio di altri, e quando era fuori dal letto non poteva appoggiare il piede a terra né stare in piedi, se non col sostegno di altre persone o di due stampelle, ed ebbe questa passione finché alcuni amici lo indussero a fare un voto al beato frate Odorico dell'ordine dei frati Minori, che riposava nella chiesa di San Francesco di Udine, che aveva risanato molti. E così promise, con devozione e con speranza di recuperare la salute, di visitare di persona il sepolcro del detto beato frate Odorico e lì di offrire un cero di due libbre di cera con dodici denari di moneta aquileiese, e cavalcò fin là con una cavalla, portandosi dietro le sue stampelle, per potersi reggere in piedi, e pervenne al detto sepolcro all'ora meridiana del giorno 21 maggio di questo mese, e fatta la sua offerta si adagiò vicino al sepolcro con devozione, e pose il piede e la gamba infermi sul sepolcro e così stette fino alla notte di quel giorno, e volendo uscire per i suoi bisogni disse a sua moglie, che era con lui: «Portami le mie stampelle, che voglio uscire dalla chiesa», e mentre la moglie stava per dargli le stampelle, Silvestro iniziò a sollevarsi per conto proprio e stette in piedi senza bisogno dell'aiuto di alcuno e stette dritto e pose il piede a terra, e quando la moglie volle dargli le stampelle lui disse: «Aspetta, perché mi pare di stare meglio», e camminò un pochino da solo, senza sostegno, e dopo un poco, abbandonate le stampelle, uscì dalla chiesa per fare i suoi bisogni e tornò senza l'aiuto di alcuno, e dopo aver lì pernottato al mattino se ne andò e tornò a casa sulla sua cavalla, e da quel momento camminò senza alcun sostegno, e non sentì i dolori della gotta che prima aveva

examinatores et ego notarius subscriptus, oculata fide, ipsum absque croçulis vidimus in villa de Cirvignano in hoc die et in crastino sequenti ambulantem, licet aliquantulum videretur de dicto crure titubare. Et dixit quod veram et puram fidem habeat et firmiter credebat quod meritis dicti beati fratris Odorici erat tam subito liberatus.

(1.1) Probatio super eodem

Die eodem, loco et testibus. Henricus filius olim Adalperi de Cirvignano, qui nunc moratur in antedicta villa de Muruciis, dilligenter examinatus a supradictis dominis presbitero Melliorancia et Mafeo ac me Guccello notario subscripto, iuravit ad sancta Dei evangelia, tactis sacrosanctis, super infirmi[26v]tatem dicti Silvestri dicti Fantusii et eius sanacione puram et meram dicere veritatem, de quibus interogatus, respondit et dixit quod scit quod in hac quadragessima nuper proxima preterita idem Silvester fuit infirmitate magna agravatus, de qua infirmitate convaluerat, et in die iovis sancte dicte quadragesime evenit sibi magna infirmitas et oppressio gutte in crure sinistro, in tantum quod de lecto, prout vidit, non poterat per se modo aliquo exire lectum absque adiutorio alicuius, et cum erat extra lectum non poterat ponere pedem in terram nec ire per se, nisi cum duabus croçulis aut per alios substantatus. Qui Silvester, ut audivit idem Henricus, fecit votum Deo et beato fratri Odorico predicto de ordine Minorum visitare eius sepulcrum cum devotione et illic offerre unum cereum de libris duabus cere cum duodecim denariis aquilegensis monete ad honorem Dei et beati fratris Odorici, ut sibi Deus tribueret meritis beati Odorici predicti sanitatem. Et cum

patito, e così i detti esaminatori e io notaio sottoscritto lo vedemmo in questo giorno e il giorno successivo camminare nel villaggio di Cervignano, anche se sembrava barcollare un po' su detta gamba. E disse che aveva piena e pura fede e credeva fermamente che era stato così subito liberato per i meriti del detto beato frate Odorico.

(1.1) Testimonianza di prova

Medesimi giorno, luogo e testimoni. Enrico figlio del defunto Adalpietro da Cervignano, che ora abita nel detto villaggio di Muruzzis, esaminato con diligenza dai sopraddetti signori prete Meglioranza e Maffeo e da me Guccello notaio sottoscritto, giurò sui santi Vangeli di Dio, toccate le sacre scritture, di dire la verità a proposito della malattia del detto Silvestro soprannominato Fantuccio, e interrogato rispose e disse che sa che in questa quaresima appena trascorsa detto Silvestro fu colpito da una grande malattia, dalla quale era quasi guarito, e che nel giovedì santo gli sopraggiunse una grave forma di gotta nella gamba sinistra, tanto che non poteva uscire da letto in alcun modo, come vide, se non con l'aiuto di qualcuno, e quando stava fuori dal letto non poteva appoggiare il piede a terra né camminare da sé, se non con due stampelle o sorretto da altri. Il quale Silvestro, come udì il medesimo Enrico, fece voto a Dio e al beato frate Odorico predetto dell'ordine dei frati Minori di visitare il suo sepolcro con devozione e lì di offrire un cero di due libbre di cera con dodici denari di moneta aquileiese, in onore di Dio e del beato frate Odorico, affinché Dio gli restituisse la salute per i meriti del beato Odorico. E con devozione, su una cavalla, il medesimo Silvestro andò a

devotione super una equa idem Silvester ivit Utinum idem, et cum idem Silvester esset reversus de Utino, idem Henricus vidit ipsum absque croçulis ambulatem, et ipsum Silvestrum interrogavit qualiter se habebat. Qui Silvester respondit quod meritis beati Odorici absque croçulis ambulabat et de bono in melius se haberet, Domino concedente. Interrogatus quando vidit ipsum sanatum, dixit quod die vigesimo huius mensis presentis idem Silvester ivit Utinum et in crastino ipsum vidit absque croçulis ambulatem.

(1.2) Probatio super eodem

Die eodem, in platea ville predictae de Cirvignano, presentibus testibus supradictis. Matheus filius olim Salthi de Cirvignano corporaliter ad sancta Dei evangelia, tactis sacrosanctis, super predictis dicere veritatem, et interrogatus a supradictis inquisitoribus et me notario [27r] respondit et dixit quod scit pro certo quod Silvester antedictus in hac quadragesima nunc proxime preterita habuit quandam maximam infirmitatem, de qua liberatus fuit, et in die iovis sancte dicte quadragesime evenit sibi in crure sinistro malum gutte, propter quam non poterat exire lectum absque alicuius auxilio, et cum aliquis ipsum iuvabat extra lectum ire non poterat nec per se stare absque croçulis, nec pedem sinistrum ponere in terram et cum croçulis cum dolore maximo ambulabat. Qui Silvester, ipso teste presente, vovit se Deo et beato fratri Odorico de ordine Minorum de Utino ire nisi tactum sepulcrum et ibidem offerre unum cereum de duabus libris cum denariis duodecim aquilegensis monete, ut Deus sibi meritis dicti beati fratris Odorici tribueret sanitatem. Qui Silvester super una sua equa ivit Utinum, et cum esset

Udine, e quando egli tornò da Udine, Enrico lo vide camminare senza stampelle e chiese a Silvestro come stava. E Silvestro gli rispose che per i meriti del beato Odorico camminava senza stampella e si sentiva di bene in meglio, secondo la volontà del Signore. Interrogato su quando vide lo stesso guarito, rispose che il giorno 20 di questo mese presente Silvestro andò a Udine e il giorno dopo lo vide camminare senza stampelle.

(1.2) Testimonianza di prova

Lo stesso giorno, nella piazza della predetta villa di Cervignano, presenti i sopraddetti testimoni. Maffeo figlio del defunto Ossalco (Salco) da Cervignano giurò corporalmente sui santi Vangeli di Dio, toccate le sacre scritture, di dire la verità e interrogato dai sopraddetti inquisitori e da me notaio rispose e disse che sa per certo che il predetto Silvestro durante questa quaresima da poco trascorsa ebbe qualche grande malattia, dalla quale fu liberato, e nel giorno di giovedì santo di detta quaresima gli capitò nella gamba sinistra il male della gotta, a causa del quale non poteva uscire dal letto senza l'aiuto di qualcuno, e quando qualcuno lo aiutava a uscire dal letto, non poteva camminare né stare in piedi senza stampelle, né poteva appoggiare il piede sinistro a terra e camminava con le stampelle soffrendo grande dolore. Il quale Silvestro, alla presenza del detto testimone, promise a Dio e al beato frate Odorico dell'ordine dei Minori che sarebbe andato a toccare il sepolcro e un cero di due libbre con dodici denari di moneta aquileiese, affinché Dio per i meriti del detto beato frate gli restituisse

reversus a sancto, idem Matheus vidit dictum Silvestrum absque croçulis ambulantem et quesivit a dicto Silvestro qualiter se habebat, qui sibi respondit quod ad honorem Dei et precibus dicti beati fratris Odorici absque croçulis ambulabat et de bono in melius se haberet, Domino concedente. Interrogatus de tempore sanitatis et quando ipsum vidit sanatum, dixit quod de hoc mense madii nuper presens, et ivit Utinum vigesimo primo huius mensis et in crastino domum suam reddiit, et ipsum vidit absque croçulis ambulantem.

(1.3) Probatio super eodem

Die primo mensis iunii, Aquilegie in curia domus domini Bartholini de Aquilegia in qua moratur dominus Lanterius de Mediolano, presentibus supradictis dominis Lauterio et Bartholino, Richucio condam Dominici de Aquilegia, Francisco de Agolto de Castello Porpeti, testibus, et aliis. Nicolaus de Tercio [27v] pater supradicti Silvestri, testis productus et convocatus, iuravit corporaliter ad sancta Dei evangelia, tactis scripturis, coram supradictis dominis presbitero Melliorancia, Manfeo, testibus supradictis et me notario subscripto puram et meram de hiis que scierit et de hiis que erit requisitus dicere veritatem. Interrogatus a predictis dominis inquisitoribus dicere veritatem super infirmitate dicti filii sui Silvestri et de eius liberatione, qui respondens dixit quod in hac quadragesima nunc proxima preterita idem filius suus habuit quandam magnam infirmitatem, de qua liberatus fuit, Domino concedente. In die iovis sancte dicte quadragiesime evenit sibi magna infirmitas gutte in crure sinistro et paciebatur tam

la salute. E il detto Silvestro andò a Udine su una cavalla e quando tornò dopo aver visitato il santo, il medesimo Matteo lo vide camminare senza stampelle e gli chiese come stava, e lui rispose che per onore di Dio e per le preci del detto beato frate Odorico, camminava senza stampelle e si sentiva di bene in meglio, per la benevolenza del Signore. Interrogato su quando guarì e quando lo vide guarito, rispose che era di questo mese di maggio presente, e andò a Udine il 21 di questo mese e il giorno successivo tornò a casa sua, e lui lo vide camminare senza stampelle.

(1.3) Testimonianza di prova

Giorno primo del mese di giugno, in Aquileia nel cortile della casa del signor Bartolino da Aquileia, nella quale abita il signor Lanterio da Milano, presenti i sopraddetti signori Lanterio e Bartolino, Ricuccio del fu Domenico di Aquileia, Francesco de Agolto di Castel Porpetto, testimoni, e altri. Nicolò da Terzo, padre del suddetto Silvestro, teste citato e convocato, giurò corporalmente sui santi Vangeli di Dio, toccate le sacre scritture, davanti ai sopraddetti signori prete Meglioranza, Maffeo, ai testi sopraddetti e a me notaio sottoscritto, di dire la pura e mera verità delle cose che sapeva e delle quali sarà richiesto di parlare. Interrogato dai predetti signori inquisitori di dire la verità sulla malattia di detto suo figli Silvestro e della sua guarigione, rispondendo disse che in questa quaresima ora da poco trascorsa il detto suo figlio ebbe una certa grave malattia, dalla quale era guarito, con l'aiuto di Dio. Nel giorno di giovedì santo di detta quaresima gli capitò una grave infermità della gotta nella gamba sinistra e pativa un dolore così forte che da sé in alcun modo non poteva uscire

maximum dolorem quod per se modo aliquo non poterat exire lectum pro aliqua re necessaria sibi absque auxilio alicuius, et cum erat extra lectum in pedibus stare non poterat per se absque croçulis nec dictum pedem ponere in terram, et cum ire volebat, ibat parum per domum suam cum dolore maximo ambulante. Qui Silvester antedictus, audiens quod multi infirmi sanabantur precibus beati fratris Odorici predicti, se vovit Deo et beato fratri Odorico cum maxima devocione, quia iret Utinum visitatum eius sepulcrum et ibidem offerret unum cereum de duabus libris cere cum duodecim denariis aquilegensis monete, ut Deus eius precibus eum reduceret ad pristinam sanitatem. Qui Silvester pluries rogavit eum ut ipsum associare deberet Utinum, tandem ipse cum eius uxore ascendit equam suam ivit Utinum vigesimo primo mensis madii nunc preteriti, et illic stetit illo die et per noctem et in crastino fuit reversus domum et, quando ipsum vidit, invenit eum absque croçulis ambulante et quesivit ab ipso qualiter se haberet, qui sibi [28r] respondit quod croçulas Utini dimiserat et absque croçulis ambulabat et, Domino concedente, meritis beati fratris Odorici de bono in melius se haberet.

(1.4) Probacio super eodem

Die eodem, loco et testibus. Odoricus filius condam Michiluti de Mortegliano, qui nunc habitabat in Muruciis iuxta villam Tercii, testis productus, iuravit corporaliter, tactis scripturis, ad sancta Dei evangelia coram supradictis dominis presbitero Meliorancia et Manfeo et testibus supradictis ac me notario infrascripto super predictis meram et puram dicere veritatem. Interrogatus ab eisdem et me

dal letto per le sue necessità senza l'aiuto di qualcuno, e quando era fuori dal letto non poteva stare in piedi da solo e senza stampelle, né appoggiare a terra il detto piede, e quando voleva camminare, camminava un poco per casa sua con un grandissimo dolore. Il quale Silvestro antedetto, avendo sentito che molti infermi erano guariti per le preghiere del beato frate Odorico predetto, si votò a Dio e al beato frate Odorico con grandissima devozione, promettendo che sarebbe andato a Udine e avrebbe visitato il suo sepolcro e lì avrebbe offerto un cero di due libbre di cera con dodici denari di moneta aquileiese, affinché Dio per le preghiere di lui [beato Odorico] lo riconducesse alla pristina sanità. Il quale Silvestro gli chiese più volte di accompagnarlo a Udine, e infine egli con sua moglie salì sulla sua cavalla e andò a Udine il 21 del mese di maggio ora scorso, e là stette quel giorno e durante la notte, e il giorno successivo ritornò a casa e, quando lo vide, lo trovò camminare senza stampelle e gli chiese come stava, il quale gli rispose che aveva lasciato le stampelle a Udine e camminava senza e, con l'aiuto del Signore, per i meriti del beato frate Odorico si sentiva di bene in meglio.

(1.4) Testimonianza di prova

Gli stessi giorno, luogo e testimoni. Odorico figlio del fu Michelutto da Mortegliano, che ora abitava a Muruzzis vicino al villaggio di Terzo, testimone convocato, giurò corporalmente, toccate le Scritture, sui santi Vangeli di Dio, davanti ai sopraddetti signori prete Meglioranza e Maffeo e ai testimoni sopraddetti e a me notaio sottoscritto di dire circa le cose predette la mera e pura verità.

<p>notario, respondit et dixit quod vere sciebat predictum Silvestrum dictum Fantussium in hac quadragesima nunc proxime preterita habuisse gravem infirmitatem et ipsum vidit infirmum, de qua infirmitate convaluit, et in die iovis sancte dicte quadragesime eidem Silvestro magna infirmitas gutte evenit in crure sinistro, propter quam non poterat per se exire extra lectum pro aliqua re sibi necessaria sine substentamine alicuius, et cum erat extra lectum per se in pedibus stare non poterat absque croçulis nec poterat pedem sinistrum ponere in terram, et quando ire volebat per domum parum cum croçulis ambulabat cum maximo dolore. Qui Silvester vovit se Deo et beato fratri Odorico de ordine fratrum Minorum de Utino, audiens quod multi eius meritis et precibus erant sanati, cum maxima devotione, quia iret Utinum visitatum eius sepulcrum et ibidem offerret unum cereum de cera de duabus libris cum duodecim denariis aquilegensis monete, ut Deus ipsum sanaret precibus beati Odorici. Qui Silvester die vigesimo primo mensis madii nunc preteriti ivit Utinum super una sua equa et secum duas croçulas aportavit et, quando fuit [28v] reversus, idem Odoricus vidit ipsum absque croçulis ambulantem, interrogavit ipsum qualiter se haberet, qui sibi respondit quod dimiserat croçulas Utini et absque croçulis ambulabat et, Domino concedente, meritis et precibus beati Odorici fratris de bono in melius se haberet.</p>	<p>Interrogato da costoro e da me notaio, rispose e disse che invero sapeva che il predetto Silvestro detto Fantuccio durante la quaresima ora da poco passata ebbe un grave infermità e lui stesso lo vide malato, ma era guarito da quella malattia, e nel giorno di giovedì santo di detta quaresima al medesimo Silvestro capitò una grande infermità della gotta nella gamba sinistra, a causa della quale non poteva uscire da sé fuori da letto per le cose a lui necessarie senza l'aiuto di qualcuno, e quando stava fuori dal letto non poteva stare in piedi da solo senza stampelle né poteva appoggiare a terra il piede sinistro, e quando voleva camminare un poco per la casa camminava con un grandissimo dolore. Il quale Silvestro si votò con la massima devozione a Dio e al beato frate Odorico dell'ordine dei frati Minori di Udine, avendo udito che molti erano stati guariti per i suoi meriti e la sua intercessione, e promise che sarebbe andato a Udine a visitare il suo sepolcro e che vi avrebbe offerto un cero di due libbre di cera con dodici denari di moneta aquileiese, affinché Dio lo guarisse per le preghiere del beato Odorico. Il quale Silvestro andò a Udine il giorno 21 del mese di maggio ultimo scorso su una sua cavalla e portò con sé due stampelle e, quando fu di ritorno, lo stesso Odorico lo vide camminare senza stampelle e gli chiese come stava, e lui rispose che aveva lasciato le stampelle a Udine e che camminava senza e che, con l'aiuto del Signore, per i meriti e le preghiere del beato frate Odorico stava di bene in meglio.</p>
<p>(2) Miraculum Iohanne de Aquilegia</p> <p>Die primo mensis iunii, Aquilegie ante domum Martini de Aquilegia,</p>	<p>(2) Miracolo di Giovanna da Aquileia</p> <p>Giorno primo giugno. In Aquileia davanti alla casa di Martino da Aquileia,</p>

presentibus presbitero Phillippo de Predemano, capellano capelle olim domini Guidi de Villalta, Ancello hospite qui fuit de Stero qui fuit de Aquilegia, Francischo de Agolto de Castro Porpeti et Phillippo olim domini Vargendi de Glemona et aliis pluribus ibidem vocatis et congregatis. Iohana filia olim Benedicti de Aquilegia coram supradictis dominis Melliorancia et Manfeo et testibus supradictis et me notario subscripto constituta iuravit corporaliter ad sancta Dei evangelia, tactis scripturis, puram et meram dicere veritatem de infirmitate quam dicit se fore passam et asserit miraculose esse sanatam meritis beati fratris Odorici de ordine Minorum de Utino et, super predictis a predictis dominis inquisitoribus diligenter examinata, dixit et respondit quod sunt bene quinque anni ellapsi quod gutte sibi in genibus evenerunt, in tantum quod bene per quatuor annos absque duabus croçulis propter maximum dolorem non poterat modo aliquo ambulare, et in fine dictorum quatuor annorum alliquantulum melliorata fuit et dimisit unam croçulam et cum allia croçula cum dolore maximo ambulabat, et audiens quod Deus multos sanaverat meritis beati fratris Odorici, devotione co[29r]mota, de hoc mense februarii nuper preteriti super uno curru se fecit portari Utinum, et secum croçulam apportavit, et illic stetit undecim diebus cum maxima devocione, et in capite undecim dierum Deus, precibus et meritis dicti beati fratris Odorici, sibi tribuit convalescenciam, in tantum quod relicta illa croçula cepit per ecclesiam ambulare, et tunc reversa fuit domum suam Aquilegiam, et postea semper absque croçula et croçulis ambulavit, sed aliquantulum claudicandu, et dixit

presenti prete Filippo da Pradamano, cappellano della cappella del fu signor Guido di Villalta, Anzello oste, che fu da Stero che [sta ad] Aquileia, Francesco de Agolto da Castel Porpetto e Filippo del fu signor Guariente da Gemona e molti altri chiamati e riuniti nel medesimo posto.

Giovanna figlia del fu Benedetto da Aquileia costituita davanti ai suddetti signor Meglioranza e Maffeo e ai testimoni predetti e a me notaio sottoscritto [Guecello] giurò corporalmente sui santi Vangeli di Dio, toccate le Scritture, di dire la pura e mera verità a proposito della malattia che afferma di aver patito e dalla quale asserisce essere stata miracolosamente sanata per i meriti del beato frate Odorico dell'ordine dei Minori di Udine, ed esaminata con diligenza sulle suddette cose dai predetti signori inquisitori, disse e rispose che sono trascorsi cinque anni da quando le capitarono le gotte alle ginocchia, tanto che per ben quattro anni non potè in alcun modo camminare senza stampelle a causa del fortissimo dolore, alla fine dei suddetti quattro anni era un pochino migliorata e abbandonò una stampella, e camminava con l'altra stampella con grandissimo dolore, e udendo che Dio aveva sanato molte persone per i meriti del beato frate Odorico, mossa da devozione, il mese di febbraio da poco passato si fece portare a Udine su di un carro e portò con sé la stampella, e costà rimase per undici giorni con la massima devozione, e alla fine degli undici giorni Dio, per le preghiere e i meriti del beato frate Odorico, le concesse di star meglio, tanto che abbandonata la stampella cominciò a camminare per la chiesa, e allora è tornata a casa sua ad Aquileia, e poi ha sempre camminato senza

quod veram fidem et spem habebat et vere credebat quod meritis beati fratris Odorici convalescenciam receperat et iterato intendebat reddere visitare corpus beati Odorici, si haberet aliquid ad expendendum, sed tam pauper est quod non habet aliquid ut possit Utinum accedere pro sibi necessariis faciendis.

(2.1) Probatio eiusdem

Die eodem et loco, presentibus testibus antedictis. Presbiter Philippus de Predemano, capellanus capelle domini Guidi de Villalta, coram supradictis dominis presbitero Melliorancia et Manfeo et testibus supradictis et me notario subscripto iuravit corporaliter ad sancta dei evangelia, tactis scripturis, super predictis puram et meram dicere veritatem. Interrogatus a predictis et me notario, respondit et dixit quod sunt bene tres anni et dimidius quod ipse moratur in civitate Aquilegie, et cognoscit ipsam Iohannam, et vidit ipsam cum duabus croçulis cum dolore maximo ambulare, et postea ipsam vidit solummodo cum una croçula cum magno dolore ambulare, et scit pro certo quod ipsa Iohanna ex devotione ivit Utinum cum una croçula et, postquam fuit reversa, semper vidit ipsam absque croçulis [29v] ambulare, sed aliquantulum claudicando, sed dixit quod credebat quod ipsa propter magnam necessitatem quam habebat, quia non habebat unde posset sustentare vitam suam, et propter hoc claudicabat.

(2.2) Probatio super eodem

Die eodem, in Aquilegia ante

stampella e stampelle, ma claudicando un pochino, e disse che aveva vera fede e speranza e veramente credeva che aveva ricevuto la convalescenza per i meriti del beato frate Odorico e aveva intenzione di tornare a visitare il corpo del beato Odorico, se avesse qualcosa da spendere, ma era tanto povera che non ha nulla che le permetta di andare a Udine, per fare le cose che le sono necessarie.

(2.1) Testimonianza di prova

Negli stessi giorno e luogo, presenti i testimoni antedetti. Prete Filippo da Pardamano, cappellano della cappella del signore Guido di Villalta, davanti ai sopraddetti signori prete Meglioranza e Maffeo e ai testi sopraddetti e a me notaio sottoscritto giurò corporalmente sui santi Vangeli di Dio, toccate le sacre scritture, di dire la pura e mera verità circa le cose dette sopra. Interrogato dai predetti e da me notaio, rispose e disse che egli abitava nella città di Aquileia e conosce la detta Giovanna e la vide camminare con due stampelle e un grandissimo dolore, e poi la vide camminare con solo una stampella e sempre con grandissimo dolore, e sa per certo che la stessa Giovanna andò a Udine per devozione con una stampella e, dopo che fu di ritorno, la vide sempre camminare senza stampelle, anche se un pochino claudicante, però disse che credeva zoppicasse per la grande indigenza che pativa, giacché non aveva di che sostentarsi per sopravvivere, e dunque perciò zoppicava.

(2.2) Testimonianza di prova

Lo stesso giorno, in Aquileia davanti

ecclesiam Sancti Andree, presentibus Girardino de Tarvisio mansionario ecclesie Aquilegensis, Francischo Agolto de Castro Porpeti, Phillippo condam domini Vargendi de Glemona et aliis. Dominus presbiter Odoricus de Gonario, mansionarius dicte ecclesie Aquilegensis testis productus, coram supradictis dominis inquisitoribus et testibus supradictis et me notario subscripto, tactis scripturis, iuravit corporaliter ad sancta Dei evangelia puram et meram dicere veritatem. Interrogatus super infirmitate Iohanne et de eius sanatione, respondit et dixit quod sunt bene quinque anni ellapsi quod cognoscit dictam Iohannam infirmam, et quod ire non poterat multo tempore absque croçulis, et aliquando melius se habebat et cum una croçula ambulabat et dolorem maximum paciebatur, que Iohanna, postquam reversa fuit de Utino a visitando corpus beati fratris Odorici, nunquam vidit eam cum aliqua croçula ambulare, sed continuo eam vidit sine croçula ambulare, sed aliquantulum claudicando.

(2.3) Probatio eiusdem

Die eodem, Aquilegie in hospicio hospitis Rossi, presentibus Ricutio filio olim Dominici de Aquilegia, Francischo de Agolto de Castro Porpeti, Dominico de Furnellis condam Henrici Grassi, testibus, et aliis. Dominus presbiter Bartholomeus de Padua, canonicus Sancti Stephani de Aquilegia, coram supradictis dominis inquisitoribus et testibus predictis et me notario subscripto iu[30r]avit corporaliter ad sancta Dei evangelia, tactis scripturis, super predicta infirmitate dicte Iohanne et eius sanatione puram et meram dicere veritatem. Interrogatus a predictis et me notario, respondit et dixit quod cognovit

alla chiesa di Sant'Andrea, presenti Gerardino da Trevisio, mansionario della chiesa di Aquileia, Francesco di Agolto di Castel Porpetto, Filippo del fu signor Guariente da Gemona e altri. Il signor prete Odorico da Gonars, mansionario della detta chiesa di Aquileia, testimone convocato, davanti ai detti signori inquisitori e ai testimoni sopraddetti e a me notaio sottoscritto, toccate le scritture giurò corporalmente sui santi Vangeli di Dio di dire la pura e mera verità. Interrogato circa la malattia di Giovanna e sulla sua guarigione, rispose e disse che sono passati cinque anni almeno da quando conosce Giovanna ammalata, e che non poteva muoversi da molto tempo senza stampelle, e talvolta stava un pochino meglio e usava una sola stampella e sopportava un grandissimo dolore, la quale Giovanna, dopo che fu tornata da Udine e dopo aver visitato il corpo del beato frate Odorico, non la vide più camminare con qualche stampella, ma la vide sempre camminare senza stampelle, sebbene zoppicando un pochino.

(2.3) Testimonianza di prova

Lo stesso giorno, in Aquileia nella locanda di Rosso oste, presenti Ricuccio figlio del fu Domenico di Aquileia, Francesco de Agolto di Castel Porpetto, Domenico de Fornelli del fu Enrico Grasso, testimoni, e altri. Il signor prete Bartolomeo da Padova, canonico di Santo Stefano di Aquileia, davanti ai predetti signori inquisitori e ai testimoni predetti e a me notaio sottoscritto, giurò corporalmente sui santi Vangeli di Dio, toccate le sacre scritture, di dire la pura e mera verità circa la predetta infermità della detta Giovanna e della sua guarigione. Interrogato dai predetti e da me notaio, rispose e disse che conobbe

dictam Iohannam parvam, et sunt bene quinque anni ellapsi quod vidit ipsam cum duabus croçulis ambulans, et postea ipsam vidit, forsitan est annus unus ellapsus, cum una croçula ambulans et scit quod absque croçula non poterat ambulare et, ipso de hoc mense februarii nunc proxime preteriti uno die existente ante suam domum, vidit dictam Iohannam super uno curru Utinum ambulans ad visitandum sepulcrum beati fratris Odorici et secum unam croçulam aportabat, et quando ipsa venit de Utino ipse erat ante domum suam et vidit ipsam venientem super uno curru et dedit ei bibere et interrogavit ipsam qualiter se haberet, que sibi respondit quod Deus, meritis beati Odorici, sibi tribuerat sanitatem et in Utino iuxta sepulcrum dimiserat croçulam, et deinceps semper vidit ipsam absque croçula ambulans, sed vadit aliquantulum claudicando, sed credit, quod si bene haberet sibi necessaria, quod non claudicaret, sed ex necessitate et debilitate claudicat, quia non habet unde possit vivere.

(2.4) Probatio eiusdem

Die eodem et loco, coram testibus supradictis, Richucius condam Dominici de Aquilegia coram supradictis dominis Melliorancia et Manfeo et testibus supradictis et me notario subscripto constitutus iuravit corporaliter ad sancta Dei evangelia, tactis scripturis, super infirmitate supradicte Iohanne et eius sanitate puram et meram dicere veritatem et, super hiis dilligenter examinatus a predictis, dixit [30v] quod cognoscit ipsam Iohannam pluribus annis, sed sunt bene quinque anni ellapsi quod vidit ipsam cum croçulis ambulans, et forsitan est unus annus ellapsus quod ibat cum una croçula, et

Giovanna da piccola, e sono passati almeno cinque anni da quando la vide camminare con due stampelle, e poi la vide, forse è trascorso un anno, camminare con una sola stampella, e sa che lei non riusciva a camminare senza stampella e mentre un giorno del mese di febbraio da poco trascorso egli se ne stava davanti alla sua casa, vide la detta Giovanna su un carro diretta a far visita alla tomba del beato frate Odorico e portava con sé una stampella, e quando ella tornò da Udine lui era davanti alla sua casa, e la vide arrivare su un carro e le diede da bere e le chiese come stava, ella allora gli rispose che Dio, per i meriti del beato Odorico, le aveva donato la salute e aveva lasciato la stampella a Udine, nei pressi della tomba, e da quel momento la vide sempre camminare senza stampella, ma un pochino zoppica, tuttavia crede che se avesse a sufficienza per vivere non zoppicherebbe, ma zoppica perché è indigenete e debole, giacché non ha di che vivere.

(2.4) Testimonianza di prova

Stessi giorno e luogo, davanti ai sopraddetti testimoni. Ricuccio fu Domenico da Aquileia presentatosi davanti a sopraddetti signori Meglioranza e Maffeo e ai testimoni sopraddetti e a me notaio sottoscritto giurò corporalmente sui santi Vangeli di Dio, toccate le sacre scritture, di dire la verità circa la malattia della sopraddetta Giovanna e sulla sua guarigione. Esaminato con diligenza dai predetti, disse che conosce la detta Giovanna da molti anni, ma sono almeno cinque anni che la vede camminare con le stampelle, ed è forse passato un anno che si muoveva con una sola stampella, e dopo

<p>postquam fuit Utini visitatum sepulcrum beati fratris Odorici et venit Aquilegiam semper vidit ipsam absque croçulis ambulans, sed ambulat claudicando aliquantulum, et hoc credit quod ambulat propter maximam debilitatem, quia non habet unde valeat sustentari.</p>	<p>che si recò a Udine per visitare la tomba del beato frate Odorico e tornò ad Aquileia, l'ha sempre vista camminare senza stampelle, ma cammina claudicante un pochino, et crede che cammini così per la grandissima sua debolezza, perché non ha di che nutrirsi a sufficienza.</p>
<p>Appendice sul miracolo di Giovanna da Aquileia</p>	
<p>16 (prima raccolta ed. A. Tilatti, <i>Odorico da Pordenone. Vita e Miracula</i>, Padova 2004, p. 87) [febbraio 1331]</p> <p>Ancora. Giovanna del fu Benedetto da Aquileia, che a causa della gotta non potè camminare senza stampelle per i tre anni passati, come essa stessa e Maffeo e Martino notai e Giovanni fratello di Maffeo, tutti da Aquileia, hanno testimoniato, fu sanata, la quale i detti testimoni e io notaio [Benvenuto] con molti altri vedemmo liberata.</p> <p>Testamento di Rinaldo della Torre (tesoriere del capitolo di Aquileia), 31 marzo 1332 [Archivio Capitolare di Udine, <i>Fondo Bini, Documenta Historica</i>, VIII, n. 6]</p> <p>Ancora [Rinaldo] ordinò che fossero dati di tali cattivi guadagni incerti a Giovannina figlia del fu Benedetto da Aquileia, la quale abita presso la casa delle sorelle del presente signor patriarca, in Aquileia nella contrada di Sant'Andrea, poverella, zoppa, serva, per amor di Dio e impulso di pietà, a suo uso e discrezione, perché è malata, venticinque lire di moneta aquileiese.</p>	
<p>(3) Miraculum Francisce de Isola</p> <p>Die tercio iunii, in Ysola in ecclesia Sancte Marie de Ysola, presentibus domino presbitero Rantolfo plebano dicte ecclesie, Chadulo olim Berti, domino Almericho, omnibus Ysole existentibus, et aliis. Francischa filia Iohannis Barosy de Ysola coram supradictis dominis presbitero Melliorancia et Manfeo et testibus antedictis et me notario subscripto, tactis sacrosanctis scripturis, Francischa filia Iohannis de Ysola iuravit corporaliter ad sancta Dei evangelia puram et meram</p>	<p>(3) Miracolo di Francesca da Isola</p> <p>Giorno terzo di giugno, in Isola nella chiesa di Santa Maria di Isola, presenti il signor prete Rantolfo pievano di detta chiesa, Cadalo fu Berto, il signor Almerico, tutti abitanti a Isola, e altri. Francesca figlia di Giovanni Barosio di Isola si presentò davanti ai sopraddetti signori prete Meglioranza e Maffeo e i testimoni antedetti e a me notaio sottoscritto, e toccate le sacre scritture Francesca figlia di Giovanni da Isola giurò sui santi Vangeli di Dio di dire la pura e mera verità circa la malattia che</p>

dicere veritatem de infirmitate quam fuit passa a latere dextro, de qua dicitur fore miraculose sanata precibus et meritis beati fratris Odorici de ordine fratrum Minorum de Utino, super quibus dilligenter examinata, dixit quod ipsa erat fortiter clauda a latere dextro et devastata in ancha, et nata fuit sic, et os anche predicte erat extra iuncturam grossum bene sicut unus pugillus et non poterat bene ire, et pater suus, audiens quia multi infirmi sanabantur meritis dicti beati fratris Odorici, et duxit ipsam Utinum cum devotione de mense februarii nunc proxime preteriti, et ibidem permansit cum dicto patre suo bene octo diebus, et Deus sibi tribuit [31r] sanitatem, taliter quod os anche aptatum fuit in iunctura et effectum fuit equale sicut aliud os alterius anche, et cum rediret Ysolam domum suam deinceps semper melius ambulavit et ambulat quam ante, quia ante fortiter erat clauda et cum iret magnum paciebatur dolorem, et postquam rediit nunquam sensit aliquem dolorem. Credit meritis beati fratris Odorici predicti convalescenciam recepisse et deinceps melius sibi erit, Domino concedente.

(3.1) Probatio eiusdem

Die eodem, loco et <testibus>. Iohannes de Ysola pater dicte Francisce coram dictis dominis inquisitoribus et testibus et me notario infrascripto constitutus super infirmitate dicte eius filie et de eius sanatione iuravit, tactis sacrosanctis, puram et meram dicere veritatem et, super predictis dilligenter examinatus per ipsos, dixit quod ipsa filia sua Francischa, que est bene XV annorum, semper fuit clauda a latere dextro, et dicebatur quod os anche erat extra iuncturam grossum sicut pugillus, tamen non prospexit de huiusmodi

patì sul fianco destro, della quale si dice che fu miracolosamente guarita per le preghiere e i meriti del beato frate Odorico dell'ordine dei frati Minori di Udine. Diligentemente esaminata in proposito disse che lei era fortemente zoppa dal lato destro e devastata nell'anca, ed era nata così, e l'osso della predetta anca era fuori dalla giuntura e grosso come un pugno e perciò non poteva camminare bene. Suo padre, udito che molti infermi venivano guariti per i meriti del detto beato frate Odorico, la condusse a Udine con devozione, nel mese di febbraio ultimo scorso, e là rimase con detto suo padre per ben otto giorni, e Dio le concesse la salute, in modo che l'osso dell'anca rientrò nella giuntura e si fece uguale all'osso dell'altra anca, e una volta ritornata a casa sua a Isola camminò sempre meglio e cammina meglio di prima, perché era fortemente zoppa e quando camminava sentiva dolore, e una volta tornata a casa non sentì più dolore. Crede di aver ricevuto il miglioramento per i meriti del predetto beato frate Odorico, e spera che andrà sempre meglio, per volere del Signore.

(3.1) Testimonianza di prova

Stessi giorno, luogo e testimoni. Giovanni da Isola, padre della detta Francesca, presentatosi davanti ai detti signori inquisitori e testimoni e a me notaio infrascritto, toccate le sacre scritture, giurò di dire la pura e mera verità circa la malattia e la guarigione di detta sua figlia e, interrogato diligentemene da essi sopra le predette questioni, disse che sua figlia Francesca, che aveva compiuto 15 anni, da sempre fu zoppa dal fianco destro, e si diceva che l'osso dell'anca era fuori dalla giuntura e grosso come un pugno,

grositie, propter quod, audiens famam bonam beati fratris Odorici Utini quiescentis, quod ibi multa miracula fierent et multi ibidem sanarentur, habuit devotionem in eo et spem quod sanaret dictam eius filiam, et cum ipsa ivit Utinum vovens quod, si ipsa eius filia sanaretur, cingeret altare Beate Marie super Tergestum, et stitit Utini in ecclesia Sancti Francisci iuxta sepulcrum de die et de nocte cum dicta filia sua per X dies, vel circha, quousque dicta filia sua dixit se esse sanatam et os anche esse redactum in iuncturam, et postea manifeste vidit et videt quod ipsa filia melius et rectius vadit, et dicit ipsa eius filia se non dolere in ipsa iunctura sicut ipsa testatur, et habet firmam spem et credulitatem quod liberata sit meritis [31v] beati fratris Odorici, cuius corpus in Utino requiescit.

(3.2) Probatio eiusdem

locanda di Pertoldo oste di Sacile, presenti il signor prete Odorico di detto luogo, prete Michele da Ragusa (?) ora abitante a Sacile, il signor Corrado del fu Almerico da Oleis di Cividale, Ulisse figlio di Tommaso fabbro, entrambi abitanti a Cividale, testimoni, e altri. Il signor Archilotto figlio del defunto signore Odorico da Sacile, presentatosi davanti ai detti signori Meglioranza e Maffeo e ai testimoni predetti e a me notaio, toccate le sacre scritture, giurò sui santi Vangeli di Dio di dire la pura e mera verità a proposito della malattia e del disagio agli occhi, dal quale si dice sia stato colpito e dal quale si asserisce essere stato miracolosamente sanato e, diligentemente esaminato in proposito, disse che fin dall'infanzia ebbe un tormento agli occhi perché con grande frequenza gli palpitavano sbattendo continuamente le palpebre, e quando quel disturbo si prolungava, non riusciva a vedere e non distingueva le persone che gli stavano davanti, e mentre un giorno andava da Sacile a Udine, il giovedì dopo la morte del beato frate Odorico, ossia la terza giornata dopo la sua morte, incontrò alcuni uomini che provenivano da Udine e sentì da loro della morte del beato frate Odorico e dei miracoli che accadevano attorno alla tomba del beato frate Odorico, e ricordando la sua buona e santa vita, ebbe devozione e speranza in lui di recuperare la salute dal suo predetto tormento. E quando giunse a Udine, voleva toccare il suo sepolcro, ma a causa della moltitudine di gente che vi trovò, non potè in alcun modo avvicinarsi, allora disse in cuor suo mentre si trovava nella chiesa di San Francesco: «Spero che mi possa aiutare qui, come se fossi sul sepolcro», e pregò Dio con devozione di essere liberato da

sepulcrum tribus annis futuris semel in anno pedes, et cum hoc votum fecisset, tetigit sibi oculos cum propria sua manu et statim liberatus fuit de passione predicta, quam in oculis substinebat et substituit bene annis quadragintaquinque [51v] et ultra, et deinceps nunquam habuit aliquam passionem in oculis, et firmam spem habet quod liberatus est meritis beati fratri Odorici de ordine Minorum.

(22.1) Probacio eiusdem

Die eodem, loco et <testibus>. Pertoldus hospes predictus et Manusius condam Franchi de Chionis, nunc in Sacilo permanens, constituti coram supradictis dominis Melliorancia et Manfeo et testibus supradictis et me notario infrascripto, tactis sacrosanctis, iuravit ad sancta Dei evangelia super passione quam dictus Archilottus paciebatur in oculis et eius liberatione puram et meram dicere veritatem et, super hiis diligenter examinati, quilibet per se dixerunt quod vere et firmiter sciunt et ipsum multo tempore viderunt sepe et sepius in die palpitando cum oculis et sepe claudendo et aperiendo oculos, postquam fuit Utini, nunquam viderunt ipsum sic cum oculis facientem sicut ante facere consuevit, et de predictis in Sacilo est publica vox et fama.

quel predetto suo tormento, e se fosse stato guarito promise di visitare la sua tomba per i prossimi tre anni una volta all'anno a piedi. Appena fatto il voto, si toccò gli occhi con la sua propria mano e immediatamente fu liberato dal suo tormento che sosteneva e aveva patito per ben quarantacinque anni e più, e da allora in poi mai ebbe alcun tormento agli occhi. E fermamente crede di essere stato guarito per i meriti del beato frate Odorico dell'ordine dei Minori.

(22.1) Testimonianza di prova

Stessi giorno, luogo e testimoni. Pertoldo oste predetto e Manussio del fu Franco di Chions, ora abitante a Sacile, presentatisi davanti ai sopraddetti signori Meglioranza e Maffeo e ai testimoni sopraddetti e a me notaio sottoscritto, toccate le sacre scritture, giurarono sui santi Vangeli di Dio di dire la pura e mera verità sul tormento che il detto Archilotto pativa agli occhi e della sua guarigione e, diligentemente esaminati in proposito, ciascuno per proprio conto, dissero che invero e con sicurezza sanno e lo videro per molto tempo che molte volte al giorno i suoi occhi palpitavano aprendosi e chiudendosi rapidamente, e dopo che fu a Udine non lo videro più fare così con gli occhi come faceva prima, e delle predette cose a Sacile corre pubblica voce e fama.

(23) Miraculum Petri filii Iohannis de Sacilo

Die eodem, loco et testibus. Iohannes olim Petri Viviani de Sacilo constitutus coram predictis dominis Melliorancia et Manfeo ac testibus predictis et me notario infrascripto, tactis sacrosanctis, iuravit ad sancta Dei

(23) Miracolo di Pietro figlio di Giovanni da Sacile

Stessi giorno, luogo e testimoni. Giovanni del fu Pietro Viviani da Sacile, presentatosi davanti ai predetti signori Meglioranza e Maffeo e ai testimoni predetti e a me notaio sottoscritto, toccate le sacre scritture, giurò sui santi

evangelia de infirmitate filii sui Petri, quam dicitur fore passus et dicitur fore miraculose sanatus meritis beati fratris Odorici et, super predictis diligenter examinatus ab eis, puram et meram dicere veritatem, dixit quod idem filius suus qui est in etate decem annorum, vel circha, infirmatus fuit graviter, de qua infirmitate liberatus fuit, sed ita debilitatus et guttosus [52r] factus fuit in genibus et cruribus, quod per duos menses ambulare non poterat nec stare in pedibus, quem filium suum cum processione populi, que de Sacilo ivit Utinum cum cruce, ad visitandum corpus beati fratris Odorici portavit Utinum et ibidem in ecclesia Sancti Francisci una nocte pernoctavit, et stetisset plus, si ei non defficcissent expense, quia pauper est. Qui filius suus incepit ibidem convalescere et de die in diem convaluit taliter, quod incepit itinere predicto ambulare, quem puerum predicti domini Melliorancia et Manfeus et ego notarius vidimus ambulantem, et firmiter credit quod liberatus sit meritis beati fratris Odorici, quia pluries credidit ipsum mori occasione infirmitatis predicte.

(23.1) Probatio eiusdem

Die eodem, loco et testibus. Dominus presbiter Odoricus de Sacilo et Manusius condam Franchi de Chionis, qui moratur in Sacilo, constituti coram dominis Melliorancia et Manfeo et testibus supradictis et me notario infrascripto, tactis sacrosanctis, iuravit ad sancta Dei evangelia super infirmitate Petri filii dicti Iohannis puram et meram dicere veritatem et, super predictis diligenter examinati, quilibet per se dixerunt et concordaverunt cum dicto Iohannis patris Petri predicti, et de

Vangeli di Dio di dire la pura e mera verità a proposito della malattia di suo figlio Pietro, che si dice patì e dalla quale si dice sia miracolosamente guarito per i meriti del beato frate Odorico e, diligentemente esaminato da loro in proposito, disse che detto suo figlio ha circa dieci anni e si ammalò gravemente, e fu liberato da detta malattia, ma rimase così debilitato e deforme nelle ginocchia e nelle gambe che per due mesi non poteva camminare né stare in piedi, e lui portò a Udine il detto suo figlio con la processione del popolo, che andò da Sacile a Udine con la croce, per fargli visitare il corpo del beato frate Odorico e pernottò là nella chiesa di San Francesco per una notte, e ci sarebbe rimasto anche di più, se avesse avuto i soldi, ma era povero. E il detto suo figlio cominciò a star meglio e di giorno in giorno migliorava, in modo che iniziò a camminare nel viaggio di ritorno, e i predetti signori Meglioranza e Maffeo e io notaio vedemmo detto bambino camminare. E fermamente crede che sia guarito per i meriti del beato frate Odorico, giacché più volte aveva pensato morisse a causa della predetta malattia.

(23.1) Testimonianza di prova

Stessi giorno, luogo e testimoni. Il signor prete Odorico di Sacile e Manussio del fu Franco da Chions, che abita a Sacile, presentatisi davenati ai signori Meglioranza e Maffeo e ai testimoni sopraddetti e e a me notaio sottoscritto, toccate le sacre scritture, giurarono sui santi Vangeli di Dio di dire la pura e mera verità circa la malattia di Pietro figlio del detto Giovanni e, diligentemente esaminati in proposito, ciascuno per proprio conto, dissero e concordarono con la

<p>predictis est in Sacilo publica vox et fama.</p>	<p>deposizione del detto Giovanni padre del detto Pietro, e delle cose predette a Sacile corre pubblica voce e fama.</p>
<p style="text-align: center;">(24) Miraculum Iacumine de la Rosa</p> <p>Die XVI iulii, in la Rosa iuxta Tulmentum in baiarcio domus in qua moratur dominus Iohannes filius Benevenuti de Pulcinicho presbiter dicte ville, presentibus dicto presbitero Iohanne, Phillipò condam Pellegrini de Ragonia, qui moratur in dicta villa, [52v] Petro masario condam Nicolay dicte ville, Paulo condam domini Canciani, Utini comorante, testibus, et aliis. Iacomina uxor Pellisii de la Rosa constituta coram predictis dominis Melliorancia et Manfeo et testibus predictis et me notario subscripto, tactis sacrosanctis, iuravit ad sancta Dei evangelia super infirmitate, quam fuit passa et dicitur fore miraculose sanata meritis beati fratris Odorici, puram et meram dicere veritatem et, super hiis diligenter examinata, dixit quod, cum ipsa peperisset filium in preterito festo nativitatis sancte Marie virginis, adeo fuit effecta guttosa et debilis in genibus et cruribus et dolores paciebatur in illis membris, quod nullo modo poterat se elevare in pedibus nec ambulare, sed iacebat in lecto usque ad medium preteriti mensis marci, quo tempore maritus eius votum fecit ire ad ecclesiam Sancte Uliane de Fassa et alia etiam pia opera facere, si ipsa uxor eius meritis beati fratris Odorici liberaretur de infirmitate illa, et ipsa etiam mulier vovit se ituram pedes ad sepulcrum ipsius beati fratris Odorici, si liberaretur, quibus votis emissis, dictus maritus suos eam duxit Utinum super uno curru ad ecclesiam Sancti Francisci, ubi stetit</p>	<p style="text-align: center;">(24) Miracolo di Giacomina della Rosa</p> <p>Giorno 16 di luglio, a la Rosa vicino al Tagliamento, nel bearzo della casa nella quale dimora il signor Giovanni figli di Benvenuto da Polcenigo prete di detto paese, presenti il detto prete Giovanni, Filippo del fu Pellegrino da Ragona, che abita in detto paese, Pietro massaio del fu Nicolò di detto paese, Paolo del fu signor Canziano, abitante a Udine, testimoni, e altri. Giacomina moglie di Pellisio di la Rosa, presentatasi davanti ai predetti signori Meglioranza e Maffeo e ai predetti testimoni e a me notaio sottoscritto, toccate le sacre scritture, giurò sui santi Vangeli di Dio di dire la pura e mera verità circa la malattia che passò e dalla quale si dice che fu miracolosamente guarita per i meriti del beato frate Odorico e, diligentemente eseaminata in proposito, disse che, dopo aver partorito un figlio nella passata desta della natività di santa Maria vergine, fu fatta a tal punto debole e gonfia alle ginocchia e alle gambe e pativa in quelle membra tanto dolore, che non poteva in alcun modo alzarsi in piedi e camminare, ma giaceva a letto fino alla metà dello scorso mese di marzo, quando suo marito fece voto di andare alla chiesa di Santa Giuliana di Fassa e di compiere altre pie opere, se la detta sua moglie per i meriti del beato frate Odorico fosse stata guarita dalla detta infermità, e anche lei stessa fece voto che sarebbe andata a piedi fino al sepolcro del beato frate Odorico, se fosse stata guarita. Emessi tali voti, il detto suo marito la portò a Udine su un</p>

tribus diebus et tribus noctibus, et ex tunc melius sibi sensit et de die in diem convaluit, ita quod infra quindecim dies suis pedibus ambulavit et ambulat bene, sicut nos oculata fide vidimus eam, et firmiter credit quod liberata sit meritis beati fratris Odorici.

(24.1) Probacio eiusdem

Die eodem, loco et <testibus>. Presbiter Iohannes de la Rosa antedictus, Petrus masarius condam Nicolay antedictus, Iohannes filius [53r] Tusse de Villanova, Venerius condam Henrici de Carnea et Iacobus condam Dominici de Risano, omnes comorantes in dicta villa de la Rosa, constituti coram antedictis dominis Melliorancia et Manfeo et testibus supradictis et me notario subscripto, tactis sacrosanctis, iuravit ad sancta Dei evangelia super infirmitate dicte Iacomine uxoris Pellosii et eius liberatione puram et meram dicere veritatem et, super predictis diligenter examinati, quilibet per se dixerunt et concordaverunt cum dicto ipsius Iacomine, tam super infirmitate, quam liberatione eiusdem, et de predictis in dicta villa est publica vox et fama.

carro alla chiesa di San Francesco, dove stette per tre giorni e tre notti, e da allora si sentì meglio e di giorno in giorno guarì, così che nel giro di quindici giorni camminava con le sue gambe e cammina bene, come noi con i nostri occhi potemmo vedere. E fermamente crede di essere stata guarita per i meriti del beato frate Odorico.

(21.1) Testimonianza di prova

Stessi giorno, luogo e testimoni. Prete Giovanni di la Rosa antedetto, Pietro massaio del fu Nicolò antedetto, Giovanni figlio di Tussa da Villanova, Venerio del fu Enrico di Carnia e Giacomo del fu Domencio da Risano, tutti abitanti in detto paese di la Rosa, presentatisi davanti agli antedetti signori Meglioranza e Matteo e ai testimoni sopraddetti e a me notaio sottoscritto, toccate le sacre scritture, giurarono sui santi Vangeli di Dio di dire la pura e mera verità circa la malattia della detta Giacomina moglie di Pellisio e sulla sua guarigione e, diligentemente esaminati in proposito, ciascuno per proprio conto, dissero e concordarono con la deposizione di detta Giacomina, sia sulla malattia, sia sulla sua guarigione. E delle cose predette corre pubblica voce e fama in detto paese.

(25) Miraculum Marie de Chavons

Die XVII iulii, in villa de Chavons in curia domus Nicolay Micholi filii olim Iohannis de Gavons, presentibus Iohanne filio Signorelli fabri de Sancto Daniele, Paulo filio condam domini Canciani et Phillippo condam Vargiendi de Glemona, nunc Utini comorantibus, et aliis. Nicolaus dictus Micholus condam Iohannis de Gavons et Katerina

(25) Miracolo di Maria di Giavons

Giorno 17 di luglio, nel paese di Giavons nel cortile della casa di Nicolò Micoli figlio del fu Giovanni di Giavons, presenti Giovanni di Signorello fabbro di San Daniele, Paolo figlio del fu signor Canziano e Filippo del fu Guariente da Gemona, ora abitanti a Udine, e altri. Nicolò dette Micolo del fu Giovanni da Giavons e Caterina sua

eius uxor constituti coram supradictis dominis Melliorancia et Manfeo et testibus supradictis et me notario subscripto, tactis sacrosanctis, iuravit ad sancta Dei evangelia super infirmitate Marie filie sue, quam passa dicitur et dicitur fore miraculose sanatam meritis beati fratris Odorici, puram et meram dicere veritatem et, super hiis dilligenter examinati, quilibet per se dixerunt quod dicta filia sua graviter infirmitate detenta fuit, modo sunt duo anni, vel circha, et in ipsa infirmitate accidit quod crus dextrum cum cossa fuit multum tumefactum, que tumefactio duravit sibi per duos menses et ultra, [53v] quam filiam suam cum ostendisset pluribus a quibus sperabat medicinam habere nullus audebat se intromittere de huiusmodi cura et dicebant quod non posset liberari, sed finaliter quidam barbitonsor dictam tumefactionem aperuit cum ferro et dicta tumefactio purgata fuit, post quam purgationem repertum est quod hos anche ipsius puelle extra iuncturam et locum iuncture cedebat per quatuor digitos in transversum, ita quod dicta puella inepte claudicabat et difficulter cum baculis ambulabat, quousque idem Nicolaus pater eius, audiens de morte beati fratris Odorici et de miraculis que circha eius tumulum fiebant, portavit dictam filiam suam Utinum, que est in etate novem annorum, vel circha, super una equa, in illis diebus in quibus idem frater Odoricus ab hoc seculo transmigravit, et cum fuit in ecclesia Sancti Francisci, cum non posset dictam filiam suam propter multitudinem gentium portare ad tumulum antedictum, eam dedit Rodulffo dicto Rubeo vicino suo, qui eam portavit ad ipsum tumulum et eius pedem claudum posuit super sepulcrum et ibidem eam tenuit per bonam horam,

moglie, presentatisi davanti ai sopraddetti signori Meglioranza e Maffeo e ai testimono sopraddetti e a me notaio sottoscritto, toccate le sacre scritte, giurarono sui santi Vangeli di Dio di dire la pura e mera verità circa la malattia di loro figlia Maria, che dicono passò e dalla quale si dice che fu miracolosamente guarita per i meriti del beato frate Odorico e, diligentemente esaminati in proposito, ciascuno per proprio conto, dissero che la detta loro figlia si era gravemente ammalata, circa due anni or sono, e che per tale male malattia la sua coscia destra e la gamba divennero molto gonfie, e tale gonfiore durò per oltre due mesi, e loro mostrarono a molti la detta loro figlia sperando di avere qualche cura, ma nessuno osava suggerire qualche cura e dicevano che era incurabile, ma infine un certo barbiere aprì con il bisturi tale tumefazione e l'ascesso fu svuotato, dopo di ciò si scoprì che l'osso dell'anca della bambina era slogato e la giuntura era lontana di circa quattro dita di traverso, e così la detta bimba zoppicava fortemente e camminava con difficoltà con dei bastoni, fino a che il detto Nicolò suo padre, seppe della morte del beato frate Odorico e dei miracoli che si compivano circa la sua tomba, e portò sua figlia, che ha circa nove anni, a Udine sul dorso di una cavalla, nei giorni nei quali il detto frate Odorico era morto, e quando fu nella chiesa di San Francesco, poiché non riusciva a portare detta sua figlia sulla tomba a causa della moltitudine delle genti, la diede a Rodolfo detto Rosso suo vicino, che la portò sulla tomba e le fece toccare il piede zoppo sopra il sepolcro e la tenne lì per un bel po' di tempo, e quando gli riportò indietro la detta sua figlia, si accorse che l'osso dell'anca era rientrato

et cum sibi filiam suam reportavit, repertum est quod hos anche redactum est in iuncturam suam, et incepit dicta puella ambulare recte sine baculis per ecclesiam, quam sic sanatam multis fratribus ostendit ibidem, quam filiam suam conduxit domum suam et semper ambulavit deinceps recte sine dolore et ambulat nunc ad presens, et credunt firmiter dicti iugales quod dicta filia sua sanata sit meritis beati fratris Odorici, [54r] quam predicti examinatores et ego notarius subscriptus, oculata fide, recte vidimus ambulantem, et donec vivet dare promisit unum denarium luminarie beati fratris Odorici et post eius mortem vult quod eius filia faciat ambulare.

(25.1) Probatio eiusdem

Die eadem, loco et <testibus>. Roduffus dictus Rubeus condam Georii mollendinarii, Vorli(cus) condam Fuscini et Hermanus condam Iohannis de Sancto Daniele, omnes in dicta villa de Gavons commorantes, constituti coram supradictis dominis Melliorancia et Manfeo et testibus supradictis et me notario subscripto iuravit ad sancta Dei evangelia super infirmitate dicte Marie filie predictorum Micoli et Katarine iugallium et eius liberatione puram et meram dicere veritatem et, super predictis diligenter examinati, quilibet per se dixerunt et concordaverunt cum dicto predictorum Micoli et Katerine iugalium, tam super infirmitate eiusdem Marie, quam eius liberatione, et tanto plus quod dictus Roduffus dictus Rubeus dixit et testificatus fuit quod ipse dictam Mariam portavit ad sepulcrum dicti beati fratris Odorici et posuit pedem dicte Marie super sepulcrum beati fratris Odorici et ibi permansit cum ipsa per magnam horam, que puella

nella sua giuntura, e detta bambina cominciò a camminare dritta e senza bastoni per la chiesa e vedendola così guarita la mostrò lì a molti frati, e condusse la figlia a casa sua e da allora in poi ha sempre cammiando dritta e senza dolore e così cammina al momento presente, e credono fermamente detti coniugi che la loro detta figlia sia stata guarita per i meriti del beato frate Odorico. E i predetti esaminatori e io notaio sottoscritto, con i nostri occhi, vedemmo la detta bambina camminare dritta. E promise di dare fin che vivrà un denaro per la luminaria del beato frate Odorico, e desidera che faccia camminare sua figlia anche dopo la sua morte.

(25.1) Testimonianza di prova

Stessi giorno, luogo e testimoni. Rodolfo detto Rosso del fu Giorgio mugnaio, Volrico del fu Foschino ed Ermanno del fu Giovanni da San Daniele, tutti residenti nel detto paese di Giavons, presentatisi davanti ai sopraddetti signori Meglioranza e Maffeo e ai testimoni sopraddetti e a me notaio sottoscritto, giurarono sui santi Vangeli di Dio di dire la pura e mera verità circa la malattia della detta Maria figlia dei predetti sposi Micolo e Caterina e della sua guarigione e, diligentemente esaminati in proposito, ciascuno per proprio conto, dissero e concordarono con le deposizioni dei predetti Micolo e Caterina sposi, sia sulla malattia di detta Maria, sia sulla sua guarigione, tanto più che il detto Rodolfo detto Rosso disse e testimoniò che fu lui a portare la detta Maria al sepolcro del detto beato frate Odorico e pose il piede della detta Maria sul sepolcro del beato frate Odorico e lì rimase con lei per un lungo tempo, e la

<p>fortiter clamabat et audivit critando hossum anche dicte Marie quando rediit in suam iuncturam, et de predictis omnibus in dicta villa et alibi est publica vox et fama.</p>	<p>bambina urlava fortemente e udì fra le grida l'osso dell'anca di detta Maria quando rientrò alla sua giuntura. E delle cose predette corre in detto paese pubblica voce e fama.</p>
<p style="text-align: center;">(26) Miraculum Iohannis armentarii de Mels</p> <p>Die XVII iulii, in platea de Mels sub tilgio, presentibus domino Bartholameo de Glemona presbitero de Mels, Biato [54v] condam Pertoldi de Buia, Nicolao condam Thomasini de Mocio, Paulo condam domini Canciani et Phillippo condam domini Vargiendi, ambobus Utini comorantibus, et aliis. Iohannes Sclavus condam Georii de Viacho armentarius de Mels constitutus coram predictis dominis Melliorancia et Manfeo et testibus predictis et me notario infrascripto, tactis scripturis, iuravit ad sancta Dei evangelia de infirmitate, quam dicitur fore passus in manibus et asseritur fore miraculose sanatus, puram et meram dicere veritatem et, super predictis diligenter examinatus, dixit quod septem annis, una septimana minus, ita contractus fuit in manibus in iunctura versus palmas et magis in manu dextra, quod eas aperire nec claudere poterat nec manus ad caput ellevare poterat et precipue manum dextram nec poterat ponere ad os sine substentatione sinistre, quousque, audiens de miraculis que fiebant iuxta sepulcrum beati fratris Odorici, ivit illuc cum devocione bis ante carnisprivium nunc preteritum et tercia vice in prima septimana quadragesime, et qualibet vice de bono in melius sibi fuit, et post terciam vicem, in ecclesia existens, potuit ellevare brachia sicut vollebat sine dolore et manus aperire et claudere et earum usum habere, licet adhuc aliqua</p>	<p style="text-align: center;">(26) Miracolo di Giovanni armentaro da Mels</p> <p>Giorno 17 luglio, sulla piazza di Mels sotto il tilgio, presenti il signor Bartolomeo da Gemona, prete di Mels, Beato del fu Pertoldo da Buja, Nicolò del fu Tommasino da Moggio, Paolo del fu signor Canziano e Filippo del fu signor Guariente, entrambi abitanti a Udine, e altri. Giovanni Slavo del fu Giorgio da Villaco, armentario a Mels, presentatosi davanti ai predetti signori Meglioranza e Maffeo e ai testimoni predetti e a me notaio sottoscritto, toccate le scritture, giurò sui santi Vangeli di Dio di dire la pura e mera verità sulla malattia che si diceva aver passato nelle mani e dalla quale si asseriva fosse guarito miracolosamente e, diligentemente esaminato in proposito, disse che sette anni fa, meno una settimana, fu rattappito così fortemente alle mani dalla giuntura verso il palmo e sopra tutto nella mano destra, che non riusciva ad aprirle o chiuderle, né poteva sollevare le mani fino alla testa e sopra tutto la destra non poteva portarla alla bocca senza aiutarsi con la sinistra, finché, sentito dei miracoli che avvenivano presso il sepolcro del beato frate Odorico, andò costà con devozione due volte prima del passato carnisprivio e la terza volta nella prima settimana di quaresima e ogni volta stava di bene in meglio, e dopo la terza volta, mentre stava in chiesa, riuscì a sollevare le braccia come voleva senza alcun dolore e ad aprire e chiudere le</p>

flexio contractionum priorum in iuncturis manuum aperiatur et existat, et ultra hoc dixit quod habebat tumefactiones magnas in cruribus et tres glancias magnas in liginibus multipliciter gravantes, de quibus omnibus guaritus fuit et habuit magnam angustiam quando sanabatur iuxta sepulcrum, et firmiter credit [55r] recepisse sanitatem meritis beati fratris Odorici, cui se reputat esse perpetualiter obligatum.

(26.1) Probatio eiusdem

Die eodem, loco et testibus. Dominus presbiter Petrus de Veneciis, nunc comorans in Mels, Nicolaus condam domini Fulcherii de Pradolono et Iacobus condam Liussi, omnes comorantes in Mels, constituti coram supradictis dominis Melliorancia et Manfeo et testibus supradictis et me notario subscripto et, tactis scripturis, iuraverunt ad sancta Dei evangelia super infirmitate manuum dicti Iohannis et eius liberatione puram et meram dicere veritatem et, super predictis diligenter examinati, quilibet per se dixerunt et concordaverunt dictum suum cum dicto ipsius Iohannis armentarii, tam super eius infirmitate, quam eius liberatione, salvo quod non cognoverunt ipsum nisi a tribus annis ellapsis, vel circha, ibi habitantem in Mels.

(26.2) Probatio eiusdem

Die eodem, loco et testibus. Dominus Henricus condam domini Augustini, Diringussius condam domini Nicolini de Mels et magister Nicolaus cirologus condam Benevenuti de Buia, nunc habitans in Mels, constituti coram predictis dominis Melliorancia et Manfeo et testibus predictis et me notario subscripto, tactis sacrosanctis

mani e a servirsene, anche se adesso appaia qualche traccia delle precedenti contratture nelle giunture delle mani, e oltre a ciò disse che aveva grandi gonfiori alle gambe e tre grosse palle alle ginocchia che lo affliggevano, delle quali cose fu completamente guarito ed ebbe una grande sofferenza mentre guariva al sepolcro. E crede fermamente che ricevette la salute per i meriti del beato frate Odorico, al quale si reputa per sempre obbligato.

(26.1) Testimonianza di prova

Stessi giorno, luogo e testimoni. Il signor prete Pietro da Venezia, ora abitante a Mels, Nicolò del signor Folchero da Prodolone e Giacomo del fu Liusso, tutti abitanti a Mels, presentatisi davanti ai sopraddetti signori Meglioranza e Maffeo e ai testimoni sopraddetti e a me notaio sottoscritto, toccate le scritture, giurarono sui santi Vangeli di Dio di dire la pura e mera verità circa la malattia delle mani del detto Giovanni e sulla sua guarigione e, diligentemente esaminati in proposito, ciascuno per proprio conto, dissero e concordarono con le parole del detto Giovanni armentario, sia sulla sua malattia, sia sulla sua guarigione, salvo che non lo conoscevano che da tre anni o circa, da quando abitava a Mels.

(26.2) Testimonianza di prova

Stessi giorno, luogo e testimoni. Il signor Enrico del fu signor Agostino, Duringussio del fu signor Nicolino di Mels e mastro Nicolò chirurgo del fu Benvenuto di Buja, ora abitante a Mels, presentatisi davanti ai predetti signori Meglioranza e Maffeo e ai testimoni predetti e a me notaio sottoscritto, toccate le sacre scritture, giurarono sui

<p>scripturis, iuravit ad sancta Dei evangelia < tam > super infirmitate manuum ipsius Iohannis quam eius liberatione puram et meram dicere veritatem et, super predictis diligenter examinati, quilibet per se dixerunt quod sunt bene tres anni elapsi quod cognoscunt predictum Iohannem habitantem in Mels et non valentem se adiuvere cum manu dextra nec eam ellevare ad caput, prout idem Iohannes armentarius dixit, quousque [55v] ivit Utinum visitatum corpus beati fratris Odorici, et cum rediit viderunt ipsum Iohannem bene se adiuvantem cum dicta manu et eam ellevantem ad caput, et etiam ipsum viderunt et vident ipsum bene adiuvantem cum manu sinistra, sed nesciebant bene si de sinistra manu non posset se adiuvere sicut de dextra, quia semper in dorso portabat unam clamidem, et ipsam tectam sub clamide aportabat, et de predictis est in Mels publica vox et fama, quem Iohannem vidimus.</p>	<p>santi Vangeli di Dio di dire la pura e mera verità tanto circa la malattia delle mani del detto Giovanni quanso sulla sua guarigione e, diligentemente esaminati in proposito, ciascuno per proprio conto dissero che sono passati almeno tre anni da quando conoscono il predetto Giovanni che abita a Mels, il quale non poteva giovare della mano destra né sollevarla fino alla testa, come il detto Giovanni armentario disse, finché andò a Udine a visitare il corpo del beato frate Odorico, e quando tornò videro il detto Giovanni che si avvaleva bene della detta mano e la alzava alla testa, e lo videro anche e lo vedono usare bene la sinistra, ma non sapevano bene se fosse impedito nella sinistra quanto nella destra, giacché portava sempre sul dorso un mantello, e portava la mano sinistra coperta sotto il mantello. E delle predette cose c'era a Mels pubblica voce e fama. E noi vedemmo il detto Giovanni.</p>
<p style="text-align: center;">(27) Miraculum Gerdrudis de Avençonno</p> <p>Die XVIII iulii, in Avençonno in domo Andree hospitis infrascripti, presentibus dominis Nicolao condam Petri, Nicolao condam Çuliani, presbiteris de Avençonno, Petro condam Iacobi Polani, omnibus comorantibus in Avençonno, Paulo condam domini Canciani et Phillippo condam Vargiendi de Glemona, nunc Utini comorantibus, testibus, et aliis. Tutula uxor olim Iacobi de Avençon constituta coram predictis dominis Melliorancia et Manfeo et testibus predictis et me notario infrascripto, tactis sacrosanctis, iuravit corporaliter ad sancta Dei evangelia</p>	<p style="text-align: center;">(27) Miracolo di Gertrude da Venzone</p> <p>Giorno 18 di luglio, a Venzone nella casa di Andrea oste infrascritto, presenti i signori Nicolò del fu Pietro, Nicolo del fu Giuliano, preti di Venzone, Pietro del fu Giacomo Polano, tutti abitanti a Venzone, Paolo del signor Canziano e Filippo del fu Guariente da Gemona, ora abitanti a Udine, testimoni, e altri. Tutola vedova di Giacomo da Venzone, presentatasi davanti ai predetti signori Meglioranza e Maffeo e ai testimoni sopraddetti e a me notaio sottoscritto, toccate le sacre scritture, giurò corporalmente sui santi Vangeli di Dio di dire la pura e mera verità circa la</p>

super infirmitate filie sue Gerdrudis, quam dicitur fore passa et asseritur miraculose fore sanata meritis beati fratris Odorici, et super predictis diligenter examinata, dixit quod ipsa filia sua est quatuordecim annorum, et ultra, et fuit sana usque ad septem annos completos, sed postmodum facta fuit guttosa in brachio dextro et postmodum in renibus, in tantum quod ossa spinalis plecta et dislocata fuerunt per vim gutte, et fecit magnam [56r] ginbam in renibus, magna sicut esset unus panis comunis sex parvorum, et sic stetit in lecto taliter infirma per quatuor annos, vel circha, quod per se ipsam pro aliqua necessitate nullo modo poterat se movere de lecto nec sedere sine adiutorio ipsius, vel alterius vicini, in absentia sua, et post dictum tempus incepit exire de lecto, sed non poterat stare nec sedere nec ambulare in quatuor cum pedibus et manibus per terram, et quando volebat ire ad ecclesiam ipsa portabat eam super se aut aliquis alius, quousque, audiens de obitu beati fratris Odorici et de miraculis que ibi fiebant, datum fuit sibi consilium per bonos viros vicinos suos quod duceret dictam filiam suam Utinum ad corpus beati fratris Odorici, quia, Deo auxiliante, sanaretur, et sic sub huiusmodi spe ipsam filiam suam duxit illuc super uno curru, et dum stetisset in ecclesia Beati Francisci, cum ipsa filia sua dormiente tertia die in vespertina, decima septima die post mortem beati fratris Odorici, vel decima octava, videbatur ipsa filia sua diversos colores mutare, et dicebant circumstantes mulieres quod moriebatur ipsa puella, et cum ipsa puella peteret potum et extenderet se, ivit pro aqua, et cum rediit cum aqua, invenit quod filia sua surrexerat et ibat per ecclesiam recta et sanata et ginba recesserat, preter

malattia di sua figlia Gertrude, che si dice aver passato e dalla quale si asserisce essere stata miracolosamente guarita per i meriti del beato frate Odorico e, diligentemente esaminata in proposito, disse che la detta sua figlia ha più di quattordici anni e fu sana fino a sette anni compiuti, ma poi cominciò a essere deforme nel braccio destro e poi alla schiena, così che le ossa della spina dorsale furono piegate e slogate dalla forza della gotta, e le spuntò una grossa gobba alle reni, grande quanto un pane comune da sei piccoli, e così rimase a letto inferma per circa quattro anni, in modo che da sola non poteva uscire dal letto per qualsiasi necessità, né poteva sedersi senza il suo aiuto o di qualche altro vicino, in sua assenza, e dopo quel periodo iniziò a uscire dal letto, ma non poteva stare in piedi, né stare seduta, né camminare se non a quattro zampe con i piedi e le mani a terra, e quando voleva andare in chiesa lei la portava sulla schiena o con l'aiuto di qualcun altro, fino a quando, saputo della morte del beato frate Odorico e dei miracoli che là si compivano, le fu consigliato da alcune brave persone sue vicine che portasse sua figlia a Udine al corpo del beato frate Odorico, perché con l'aiuto di Dio sarebbe stata guarita, e così con tale speranza portò costà sua figlia su un carro, e mentre stava nella chiesa di San Francesco e dormiva con sua figlia nella terza giornata verso il vespro, la diciassettesima giornata dopo la morte del beato frate Odorico, o la diciottesima, le pareva che la figlia cambiasse diversi colori, e le donne che stavano attorno dicevano che la ragazza stava per morire, e quando la ragazza chiese da bere e si stese, lei uscì per prendere l'acqua, e quando tornò con l'acqua vide la figlia in piedi che

modicum quod ibi remanserat, post que dicta Tutela cum filia remansit ibidem per sex dies, refferens gratias Deo et beato Odorico de filie sanitate.

(27.1) Probacio eiusdem

[56v] Die eodem, loco et <testibus>. Gerdrudis filia Tutele antedecte constituta coram supradictis dominis Melliorancia et Manfeo et testibus predictis et me notario subscripto, tactis sacrosanctis, iuravit ad sancta Dei evangelia super infirmitate, quam fuit passa et dicitur fore miraculose sanata meritis beati fratris Odorici, puram et meram dicere veritatem et, super predictis diligenter examinata, de se ipsa super infirmitate sua et super sanitate miraculose subsecuta confessa fuit per omnia ita verum esse secundum quod mater sua superius dixit et testificata fuit.

(27.2) Probacio eiusdem

Die eodem, loco et <testibus>. Dominus Nicolaus condam Petri, Nicolaus condam Iuliani, presbiteri in Avençonno, Rodulfus condam Dominici, Iacobus dictus Parisinus condam Iacobi Parisini, Andreas condam Iaconoti, Petrus condam Iacobi Pollani, Nicolinus condam Iacobi Rite et Hendriussius filius condam Iacomini Guallani, omnes de Avençonno, constituti coram predictis dominis Meliorancia et Manfeo et testibus predictis et me notario subscripto, tactis sacrosanctis, iuravit ad sancta Dei evangelia super infirmitate Gerdrudis filie Tutele de Avençonno, quam fuit passa de qua dicitur fore miraculose sanata precibus beati fratris Odorici, puram et meram dicere veritatem et, super predictis diligenter

camminava per la chiesa dritta e risanata e la gobba era scomparsa, eccetto un pochino che si vedeva appena, e dopo questo Tutula rimase là con sua figlia per sei giorni, rendendo grazie a Dio e al beato Odorico per la salute della figlia.

(27.1) Testimonianza di prova

Stessi giorno, luogo e testimoni. Gertrude figlia della antedetta Tutula, presentatasi davanti ai sopraddetti signori Meglioranza e Maffeo e ai testimoni predetti e a me notaio sottoscritto, toccate le sacre scritture, giurò sui santi Vangeli di Dio di dire la pura e mera verità sulla malattia che passo e dalla quale si dice fu miracolosamente guarita per i meriti del beato frate Odorico e, diligentemente esaminata in proposito, confessò su di sé stessa circa la malattia sua e la guarigione miracolosamente conseguita che era tutto vero ciò che la madre sua aveva sopra detto e testimoniato.

(27.2) Testimonianza di prova

Stessi giorno, luogo e testimoni. Il signor Nicolò del fu Pietro, Nicolò del fu Giuliano, preti a Venzone, Rodolfo del fu Domenico, Giacomo detto Parigino del fu Giacomo Parigino, Andrea del fu Giacomotto, Pietro del fu Giacomo Pollano, Nicolino del fu Giacomo Rita ed Endricuccio figlio del fu Giacomino Guallano, tutti di Venzone, presentatisi davanti ai predetti signori Meglioranza e Maffeo e ai testimoni predetti e a me notaio sottoscritto, toccate le sacre scritture, giurarono sui santi Vangeli di Dio di dire la pura e mera verità sulla malattia di Gertrude figlia di Tutula da Venzone, la quale ebbe e della quale si dice sia stata guarita miracolosamente per intercessione del beato frate Odorico e,

examinati, dominus Nicolaus condam Petri presbiter de Avençonno, iuratus et examinatus super predictis, dixit quod bene sciebat quod dicta Gerdrut fuit infirma bene sex annis, vel circha, et stetit in lecto per quatuor annos, vel circha, et [57r] postea ita facta est curva et habebat magnam ginbam in renibus, quod ibat cum manibus per terram, et quando volebat confiteri mater sua portabat ipsam ante ianuam ecclesie, et ipse testis ibidem audiebat confessionem suam et postmodum sibi dabat corpus Christi in eodem loco, quia non poterat intrare ecclesiam, et scit quod postquam mater sua duxit eam Utinum ad corpus beati fratris Odorici sana.

diligentemente esaminati in proposito, il signor Nicolò del fu Pietro prete di Venzone, avendo giurato ed esaminato su dette cose, disse che sapeva bene che la detta Gertrude era stata malata per ben sei anni o circa, e che stette a letto per circa quattro anni e poi si era fatta gobba e aveva una grande gobba alle reni, che camminava appoggiando le mani a terra, e quando voleva confessarsi sua madre la portava davanti la porta della chiesa e il detto testimone udiva la sua confessione e poi le dava il corpo di Cristo nel medesimo luogo, giacché non poteva entrare in chiesa, e sa che dopo che sua madre la portò a Udine al corpo del beato frate Odorico fu sana.

Appendice: spese del comune di Udine per il beato Odorico
ed. A. Tilatti, *Odorico da Pordenone. Vita e Miracula*, Padova 2004, p. 79-82

Spese del comune di Udine

21. Spese per la sepoltura del beato frate Odorico
22. Giorno 15 gennaio [1331], [il camerario] diede su mandato del signor gastaldo e del consiglio per il pagamento della **cassa** nella quale fu in un primo tempo riposto il beato frate Odorico, 12 denari.
23. Item, per le chiavi poste alla palizzata realizzata nella chiesa in predetta occasione, 16 denari.
24. Item, diede a quelli che vigilarono il beato frate Odorico e fecero la sua sepoltura, 12 denari.
25. Item, a mastro Nicolò falegname, per il legname, i chiodi e il vino, spesi dal medesimo con i suoi compagni, su mandato di Andriotto e Federico notai figli del fu Galvano, deputati a ciò dal consiglio, tre fertoni e due denari aquileiesi.
- [...]
29. Item, per il pagamento della **seconda cassa** nella quale fu riposto frate Odorico e per le assi comprate, che furono poste sopra la sepoltura del corpo del beato frate Odorico, 28 denari.
- [...]
31. Item, per la **lastra ovvero pietra** comprata da prete Martino, che fu posta sopra la sepoltura del corpo di frate Odorico, mezza marca di denari.
- [...]

45. 1331 giorno 2 febbraio. Diede su mandato del signor gastaldo e del consiglio per amor di Dio a Tisia moglie di Slecherino, che Dio guarì per i meriti di frate Odorico, mezza marca.

46. 1331 giorno 5 aprile. Diede su mandato del signor gastaldo a frate Giacomo d'Irlanda socio del beato frate Odorico e per amor di Dio e di frate Odorico, due marche di denari aquileiesi.

[...] seguono i compensi agli *Inquisitores* e ai notai che annotano i miracoli.

52. 1331 settembre. Conto delle spese dell'**arca** del beato frate Odorico.

14 lire di denari grossi aquileiesi a mastro Filippo de Sanctis da Venezia, mandato de gastaldo e del consiglio e stima di Aulino orefice e **Maffeo da Aquileia** e Francesco [Ciscus] notaio.

62. Item, diede a **Maffeo**, che riceveva anche per Aulino e Cesco notaio, che furono mandati ad Aquileia su ordine del gastaldo e del consiglio per stimare quale arca sia più nobile, se quella delle Vergini di Aquileia o quella del frate Odorico, per le spese e il nolo dei cavalli, mezza marca e 48 denari.

[...]

65. 1332 giorno 3 gennaio. A **Benvenuto notaio**, che **copiò i miracoli** del beato frate Odorico a richiesta del gastaldo e su mandato del consiglio, una marca.

[...]